

Alte Drucke

**M. T. CICERONIS || EPISTOLÆ AD || COMPLVRES SCRIPTÆ, ||
QVAS VVLGO FAMILIARES || APPELLARVNT, || EDITÆ || DE
SENTENTIA || IOACHIMI CAMERARII || ...**

Cicero, Marcus Tullius

Lipsiae, 1578

VD16 ZV 31063

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM LIBER AD SENATVM ET CAETEROS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149712

M. T. CICERONIS EPIS-
TOLARVM LIBER AD SENA-
TVM ET CÆTEROS.M. T. C. M. F. PROCON. S. P. D.
COSS. PRÆT. TR. PL. SENA-
TVI P. Q. R. 377

SI V. B. V. B. E. E. Q. V. ESTI
 Non dubie mihi nunciabatur Parthos transisse Eu-
 phratem cum omnibus fere suis copijs: tamen quod ar-
 bitrabar à M. Bibulo Proconsule certiora de his re-
 bus ad vos scribi posse, statuebam mihi non necesse esse
 publice scribere ea, quæ de alterius prouincia nuncia-
 rentur. Postea vero quam certissimis autoribus lega-
 tis, nuncijs, literis sum certior factus: vel quod tanta
 res erat, vel quod nondum audieramus Bibulum in
 140 Syriam venisse, vel quia [b] administratio huius belli
 mihi cum Bibulo pene est communis, quæ ad me dela-
 ta essent, scribenda ad vos putavi. Regis Antiochi
 Commageni legati primi mihi nunciarunt, Parthorum
 magnas copias Euphratē transire cœpisse. Quo nūcio
 allato, cum essent nonnulli, qui ei rei minorem fidem
 habendam putarent, statui expectandum esse, si quid
 certius asferretur. Ad XIII. Calend. Octobris cum
 exercitum in Ciliciam ducerem, in sinibus Lycaonie
 & Cappadocie, mihi literæ redactæ sunt à Tarchon-
 dumoto, qui fidelissimus socius trans Taurum, amicissi-
 musq; populi Romani existimatur: Pacorum Orodis
 regis Parthorum filiū cum permagno equitatu Par-
 thico transisse Euphratem et castra posuisse Tybe, ma-
 gnūq; tumultum esse in prouincia Syria excitatum.

Eodem

Eodem die ab Iamblichi Phylarcho Arabum, quem homines opinātur bene sentire, amicūq; esse Reipublica nostra, litera de eisdem rebus mihi reddita sunt. His rebus allatis, etsi intelligebam socios infirme animatos esse, & nouarū rerum expectatione suspensos: sperabant tamen eos, ad quos iam accesseram, quiq; nostram consuetudinem, integritatemq; perspexerant, amiciores populo Rom. esse factos. Ciliciam autem firmiorem fore, si aequitatus nostri particeps facta esset. Et ob eam causam, & vt opprimerentur ij, qui ex Cilicum gente in armis essent, & vt hostis is, qui esset in Syria, sciret exercitum populi Romani non modo non cedere his nuncijs allatis, sed etiam propius accedere: exercitum ad Taurum institui ducere. Sed si quid apud vos autoritas mea ponderis habet, in ijs praesertim rebus, quas vos audistis, ego plane cerno: magnopere vos & hortor & moneo, vt [a] his prouincijs 241. serius vos quidem, quam decuit, sed aliquando tamen consulatis. Nos quemadmodum instructos, & quibus praesidijs munitos ad tanti belli opinionem miseritis, non estis ignari, quod ego negotium non stulticia obcecatus, sed verecundia deterritus non recusavi. Neq; enim vnquam vllum periculum tantum putavi, quod subterfugere malletm, quam vestrae auctoritati obtemperare. Hoc autem tempore res sese sic habet, vt nisi exercitum tantum, quantum ad maximum bellum mittere soletis, mature in has prouincias miseritis, summum periculum sit, ne amittenda sint omnes haec prouinciae, quibus vectigalia populi Romani continentur. Quamobrem autem in hoc prouinciali delectu spem habeatis aliquam, causa nulla est: neq; multi sunt, & diffugiunt, qui sunt metu oblato. Et quod ge-

mus hoc militum sit, iudicauit vir fortissimus M. Bibulus in Asia, qui, cum vos ei permisissetis delectum habere noluerit. Nam sociorum auxilia propter acerbissimam atque iniurias imperij nostri, aut ita imbecillitas sunt, ut non multum nos iuuare possint: aut ita alienata à nobis, ut neque expectandum ab ijs, neque committendum ijs quicquam esse videatur. Regis Deiotari & voluntatem & copias, quantumque sunt, nostras esse duco. Cappadocia est inanis. Reliqui reges tyrannique, neque opibus satis firmi nec voluntate sunt. Mihi in hac paucitate militum animus certe non deerit, spero ne consilium quidem. Quid casurum sit, incertum est. Vtinam salutem nostram consulere possimus, dignitati certe consulemus. Valete.

341. [b] M. T. C. M. F. PROC. S. P. D.
COSS. PRÆT. TR. PL. SENAT-
TVI P. Q. R. 378

Si V. B. V. B. E. E. Q. V. CVM
pridie Calend. Sextil. in provinciam venissem, neque maturius propter iterum & nauigationum difficultatem venire potuissem: maxime conuenire officio meo, Reique publicæ conducere putavi: parare ea, quæ ad exercitum, quæque ad rem militarem pertinerent. Quæ cum essent à me cura magis & diligentia, quam facultate & copia constituta: nuncique & literæ de bello à Parthis in provinciam Syriam illato, quotidie fere afferrentur, iter mihi faciendum per Lycæoniam, & per Isauros, & per Cappadociam arbitratus sum. erat enim magna suspicio, Parthos, si ex Syria egredi, atque irrumpere in eam provinciam conarentur, iter
h s eos

eos per Cappadociam, quod ea maxime pateret, esse
 facturos. Itaque cum exercitu per Cappadocia par-
 tem eam, quæ cum Cilicia continens est, iter feci,
 castraque ad Cybistra, quod oppidum est ad mon-
 tem Taurum, locavi, ut Artuastes rex Armenius,
 quocumq; animo esset, sciret non procul à suis finibus
 exercitum populi Romani esse, & Deiotarum fidelis-
 simum regem, atq; amicissimum Reipublica nostra,
 maxime coniunctum haberem, hominem, cuius &
 consilio & opibus adiuvari posset Respublica. Quo
 cum in loco castra haberem, equitatumq; in Ciliciam
 misissem, ut & meus aduentus ijs ciuitatibus, qua
 in ea parte essent, nunciatus firmiores animos homi-
 num faceret: & ego mature, quid ageretur in Sy-
 ria, scire possem: [a] tempus eius tridui, quod in ^{24A}
 his castris morabar, in magno officio et necessario mi-
 hi ponendum putavi. Cum enim vestra autoritas
 intercessisset, ut ego regem Ariobarzanem, Euseben,
 & Philorromæum tuerer, eiusq; regis salutem, in-
 columitatem, regnumq; defenderem, regi, regnoq;
 presidio esse: adiunxissetiq; salutem eius regis po-
 pulo Senatuiq; Romano magna cura esse, quod nullo
 vnquam de rege decretum esset à nostro ordine: ex-
 istimaui me iudicium vestrum, ad regem deferre de-
 bere, eiq; presidium meum, & fidem, & diligen-
 tiam polliceri, ut quando salus ipsius & incolumitas
 regni mihi commendata esset à vobis, diceret, si
 quid vellet. Quæ cum essem in consilio meo cum
 rege locutus, initio ille orationis suæ vobis maximas,
 ut debuit, deinde etiam mihi gratias egit, quod ei
 permagnum & perhonorificum videbatur, S. P. Q.
 R. tanta cura esse salutem suam: meq; tantam dili-
 gen-

gentiam adhibere, vt & mea fides, & commendationis vestrae autoritas perspicere posset. Atq; ille primo, quod mihi maxima leticia fuit, ita mecum locutus est, vt nullus insidias vitae suae neq; regno diceret se aut intelligere fieri, aut etiam suspicari. Cum ei ergo gratulatus essem, idq; me gaudere dixissem, cohortatus, vt recordaretur casum illum interitus paterni, & vigilantem se tueretur, atq; admonitu senatus consuleret salutem suam, tum à me discessit in oppidum Cybistra. Postero autem die, cum Ariarate fratre suo & cum paternis amicis maioribus natu, ad me in castra venit, perturbatusq; & fletus, cum idem & frater faceret & amici, meam fidem, & vestram [b] commendationem implorare cepit. Cum admirarer, quid accidisset noui, dixit, ad se indicia manifestarum insidiarum esse delata, quae essent ante aduentum meum occulta, quod ij, qui ea patefacere possent, propter metum reticuisissent: eo autem tempore spe mei praesidij complures ea, quae scirent, audacter ad se detulisse: in his amantissimum sui summa pietate praeitum fratrem dicere ea quae is me quoq; audiente dicebat, se sollicitum esse, vt regnare vellet. id viuo fratre suo accidere non potuisse: se tamen ante illud tempus eam rem nunquam in medium propter periculi metum protulisse. Quae cum esset locutus, monuit regem, vt omnem diligentiam ad se conseruandum adhiberet, amicosque in patris eius fide, atque iudicio probatos, hortatus sum regis sui vitam, docti casu acerbissimo patris eius, omni cura, custodiaque defenderent. Cum rex à me equitatum, cohortesque de exercitu meo postulare: etsi intelligebam vestro senatusconsulto non modo posse me id facere, sed

sed etiam debere: tamen cum Respublica postulare
 propter quotidianos ex Syria nuncios, ut quamprimum
 exercitum ad Cilicie fines adducerem: cumq;
 mihi rex patefactis iam insidijs non egere exercitum
 populi Romani, sed posse se suis opibus defendere vide-
 retur: illum cohortatus sum: ut in sua vita conser-
 uanda primum regnare disceret: à quibus perspexisset
 sibi insidias paratas, in eos vteretur iure regio,
 pœna afficeret, quos necesse esset: reliquos metu li-
 beraret: prasidio exercitus mei ad eorum, qui in cul-
 pa essent, timorem potius, quam ad contentionem
 vteretur. Fore autem, ut omnes, quando senatus-
 consultum nossent, [a] intelligerent me regi, si opus
 esset, ex autoritate vestra prasidio esse futurum. Ita
 confirmato illo, ex eo loco castra moui, & iter in Ci-
 liciam facere institui, cum hac opinione è Cappado-
 cia discederem, ut consilio vestro, casu incredibili ac
 pene diuino regem, quem vos honorificentissime ap-
 pellassetis nullo postulante, quemq; mee fidei com-
 mendassetis, & cuius salutem magnæ vobis curæ esse
 decreuissetis, meus aduentus presentibus insidijs libe-
 raret, quod ad vos à me scribi non alienum putavi,
 ut intelligeretis ex ijs, quæ pene acciderunt, vos mul-
 to ante, ne ea acciderent, prouidisse: eoque vos studio-
 sius fieri certiores, quod in rege Ariobarzane ea mihi
 signa videor virtutis, ingenij, fidei, benevolentieq; erga
 vos perspexisse, ut non sine causâ tantam curam,
 diligentiamq; in eius vos salutem videamini contulisse.
 Valet.

CUM AD ME LEGATI MIS-
 si ab Antiocho Commageno venissent in castra ad III.
 Nonas Septemb. ijg, mihi nunciassent, regis Partho-
 rum filium, quo cum esset nupta regis Armeniorū so-
 ror, ad Euphratem cum maximis Parthorum copijs,
 multarumq; praterea gentium magna manu venisse,
 Euphratemq; iam transire cœpisse: dicig, Armenium
 regem in Cappadociam impetum esse facturum: puta-
 ui pro nostra necessitudine me hoc ad te scribere opor-
 tere. Publice propter duas causas nihil scripsi: quod
 & ipsum Commagenum legati dicebant ad senatum
 statim nuncios, literasq; misisse: & existimabam M.
 243 [b] Bibulum proconsulem, qui circiter Idus Sextilis
 ab Epheso in Syriam nauibus profectus erat, quod se-
 cundos ventos habuisset, iam in provinciam suam per-
 venisse: cuius literis omnia certiora perlatum iri ad
 senatum putabam. Mihi, ut in huiusmodi re, tantog;
 bello, maxima cura est, ut quæ copijs & opibus tene-
 re vix possumus, ea mansuetudine & continentia no-
 stra sociorum fidelitate teneamus. Tu velim ut con-
 suevisi, nos absentes diligas & defendas. Vale.

M. T. C. IMP. M. CATONI
 S. P. D. 380

A
 SUMMATA AVTORITAS
 fecit, meumq; perpetuum de tua singulari virtute iu-
 dicium, ut magni mea interesse putarem, & res eas
 quas gessissem, tibi notas esse, & non ignorari à te,
 qua aequitate & continentia tuerer socios, provin-
 ciamq; administrarem. His enim à te recognitis, ar-
 bitrabar facilius me tibi, quæ vellem, probaturum.
 Cum

Cum in provinciam pridie Calend. Sextil. venissem,
 & propter anni tempus ad exercitum mihi confestim
 esse eundem viderem, biduum Laodicea sui, deinde
 Apamea quadriduum: triduum Synnadis, totidem
 dies Philomeli. Quibus in oppidis cum magni conuen-
 tus fuissent, multas civitates acerbissimis tributis, &
 gravissimis usuris, & falso are alieno liberaui. Cumq;
 ante aduentum meum seditione quadam exercitus
 esset dissipatus, quinq; cohortes sine legato, sine tri-
 buno militum, deniq; etiam sine centurioye vllò apud
 Philomelum confedisissent, reliquus exercitus esset in
 Lycaonia: M. Maneio legato imperavi, vt eas quin-
 que cohortes ad [a] reliquum exercitum duceret, 244
 coactoz, in vnum locum exercitu, castra in Lycaonia
 apud Iconium faceret. Quod cum ab illo diligenter
 esset actum, ego in castra ad VII. Calendas Septem.
 veni: cum interea superioribus diebus ex senatuscon-
 sulto, & euocatorum firmam manum, & equita-
 tum satis idoneum, et populorum liberorum, regumq;
 sociorum auxilia voluntaria comparauissem. Interim
 cum exercitu lustrato iter in Ciliciam facere cepis-
 sem, Calendis Septembris, legati à rege Commage-
 no ad me missi, pertumultuose, neque non vere, par-
 thos in Syriam transisse nunciauerunt. Quo audito,
 vehementer sum commotus cum de Syria, tum de
 mea provincia, de reliqua denique Asia. Itaq; ex-
 ercitus mihi ducendum per Cappadocia regionem
 eam, qua Ciliciam attingeret, putaui. Nam si me in
 Ciliciam demissem, Ciliciam quidem ipsam propter
 montis Amani naturam facile tenuissem. (Duo sunt
 enim aditus in Ciliciam ex Syria, quorum vterque
 paruis presidys propter angustias intercludi potest,

nec est quicquam Cilicia contra Syriam munitius)
 sed me Cappadocia mouebat, quæ patet à Syria,
 regesq; habet finitimos, qui etiamsi sunt amici no-
 bis, tamen aperte Parthis inimici esse non audent:
 itaque in Cappadocia extrema non longe à Tauro
 apud oppidum Cybistra castra feci, ut & Ciliciam in-
 erer, & Cappadociam tenens, noua finitimorum con-
 filia impedirem. Interea in hoc tanto motu, tantaque
 expectatione maximi belli, rex Deiotarus, cui non si-
 ne caussa plurimum semper & meo & tuo & senatus
 iudicio tributum est, vir cum beneuolentia & fide er-
 44 ga pop. Roman. singulari, tum [b] præstanti magni-
 tudine & animi & consilij, legatos ad me misit, se
 cum omnibus suis copijs in mea castra esse venturum.
 Cuius ego studio, officioq; commotus, egi ei per lite-
 ras gratias, idq; ut mutaret, hortatus sum. Cum
 autem ad Cybistra propter rationem belli quinq; dies
 essem commoratus, regem Ariobarzaneam, cuius sa-
 lutem à senatu te autore commendatam habebam,
 præsentibus insidijs, nec opinantem liberaui: neque
 solum ei saluti suæ, sed etiam curauim, ut cum auto-
 ritate regnaret. Metram, & eum, quem tu dili-
 genter mihi commendaras, Athenæum, importuni-
 rate Athenaidis exilio multatos, maxima apud re-
 gem auctoritate gratiaq; constituim. Cumq; magnum
 bellum in Cappadocia concitaretur, si sacerdos armis
 se, quod facturus putabatur, defenderet, adolescens
 & equitatu & peditatu & pecunia paratus, & so-
 cijs, qui nouari aliquid volebant, perfeci, ut è re-
 gno illo discederet: rexque sine tumultu ac sine
 armis, omni auctoritate aula communita, regnum
 cum dignitate obtineret. Interea cognoui multorum
 literis

literis atq; nuncijs, magnas Parthorum copias &
 Arabum, ad oppidum Antiochiam accessisse, ma-
 gnumq; eorum equitatum, qui in Ciliciam transisset,
 ab equitum meorum turmis & a cohorte pratoria,
 qua erat Epiphaneae praesidij causa, occidiōe occisum.
 Quare cum viderem a Cappadocia Parthorum copias
 auersas, non longe a finibus esse Cilicia, quam potui
 maximis itineribus ad Amanum exercitum, duxi,
 Quo ut veni, hostem ab Antiochia recessisse, Bibulum
 Antiochia esse cognoui, Deiotarumq; confestim iam
 ad me venientem cum magno [a] & firmo equita-
 tu & peditatu, & cum omnibus suis copiis, certio-
 rem feci, non videri esse causam, cur abesset a re-
 gno: meq; ad eum, si quid forte noui accidisset, sta-
 tim literas nunciosq; missurum esse. Cum eo animo
 venissem, ut vtriq; provinciae, si ita tempus ferret,
 subuenirem: tamen id, quod iam ante constitueram,
 vehementer interesse vtriusque provinciae, pacare
 Amanum, & perpetuum hostem ex eo monte tolle-
 re, agere perrexi. Cumq; me discedere ab eo monte
 simulassem, & alias parteis Ciliciae petere, abessem-
 que ab Amano iter vnius diei, & castra apud Epi-
 phaneam fecissem: ad quartum Idus Octobris, cum
 ad uespera sceret, expedito exercitu ita noctu iter feci,
 ut ad tertium Idus Octobris, cum luce sceret, in Ama-
 num ascenderem, distributisq; cohortibus & auxi-
 lijs, cum alijs Quintus frater legatus mecum simul,
 alijs C. Pontinus legatus, reliquis Marcus Maneius
 & Lucius Telleius legati praesent: plerosq; nec opi-
 nanteis oppressimus, qui occisi, captiq; sunt: inter-
 clusi reliqui. Fugerant autem, qua fuit non vici
 instar, sed urbis quod erat Amani caput: itemq;
 Sepyram

Sepyram & Ceminorim, acriter & diu repugnanti-
 bus, Pontino illam partem Amani tenente, ex ante-
 lucano tempore vsq; ad horam diei decimam magna
 multitudine hostium occisa cepimus, castellag; sex ca-
 pta, complura incendimus. His rebus ita gestis, ca-
 stra in radicibus Amani habuimus apud aras Alexan-
 dri quadriduam, & in reliquis Amani delendis, a-
 grisq; vastandis, quae pars eius montis mea provincia
 est, id tempus omne consumsimus. Confectis his re-
 245 bus, ad oppidum Eleutherocilicum [b] Pindenissum
 exercitum adduxi: quod cum esset altissimo & mu-
 nitissimo loco, ab usq; incoletur, qui ne regibus qui-
 dem vnquam paruissent, & cum fugitivos recipe-
 rent, & Parthorum aduentum acerrime expecta-
 rent: ad existimationem imperij pertinere arbitratus
 sum, comprimere eorum audaciam: quo facillime etia-
 iam ceterorum animi, qui alieni essent ab imperio no-
 stro, frangerentur. Vallo & fossa circundedi: sex
 castellis, castrisq; maximis sepsi: aggere, vineis, tur-
 ribusq; oppugnavi: vsusq; tormentis multis, multis
 sagittarijs magno labore meo, sine vlla molestia, sum-
 mae sociorum, septimo quinquagesimo die rem con-
 feci, vt omnibus partibus vrbis disturbatis, aut incen-
 sis, compulsi in potestatem meam peruenirent. His
 erant finitimi pari scelere & audacia Tibarani: ab
 his Pindenisso capto obsides accepi. Exercitum in
 hyberna dimisi. Quint. fratrem negotio praeposui, vt
 in vicis aut captis aut male pacatis exercitus colloca-
 retur. Nunc velim tibi sic persuadeas, si de his rebus
 ad senatum relatum sit, me existimaturum summam
 mihi laudem tributam, si tu honorem meum senten-
 tia tua comprobaris. Idq; etsi talibus de rebus grauissi-
 mos

simos homines & rogare solere & rogari scio, tamen admonendum potius te a me, quam rogandum puto. tu es enim is, qui me tuis sententiis sepiissime ornasti: qui oratione, qui predicatione, qui summis laudibus in senatu, in concionibus ad cælum extulisti: cuius ego semper tanta esse verborum pondera putavi, ut vno verbo tuo cum mea laude coniuncto, omnia consequi me arbitrarer. Te denique memini, cum cuidam clarissimo [a] atque optimo viro supplicationem non decerneres, dicere te decreturum, si referretur ob eas res, quas is consul in urbe gessisset. Tu idem mihi supplicationem decreuisti rogato, non ut multis, Republica bene gesta, sed ut nemini, republica conseruata: Mitto quod inuidiam, quod pericula, quod omnes meas tempestates, & subieris, & multo etiam magis, si per me licuisset, subire paratissimus fueris: quod denique, inimicum meum, tuum inimicum putaris, cuius etiam interitum, ut facile intelligerem mihi quantum tribueres, Milonis causa in senatu defendenda approbaris. A me autem hæc sunt profecta, quæ ego in beneficii loco non pono, sed in veri testimonij atque iudicij: non ut præstantissimas tuas virtutes tacitus admirarer (quis enim idem non facit?) sed in omnibus orationibus, sententijs dicendis, causis agendis, omnibus scriptis, Græcis, Latinis, omni denique varietate litterarum mearum, te non modo his, quos vidiſſemus, sed his, de quibus audiſſemus omnibus anteferebam. Quæres fortasse, quid sit quod ego hoc nescio quid gratulationis & honoris à senatu tanti æstimem? Agam iam tecum familiariter, ut est & studijs & officijs nostris mutuis & summa amicitia dignum, & necessitudine etiam paterna. Si quis-

quisquam fuit unquam remotus & natura & magis
 etiam ut mihi quidem sentire videor, ratione atq; do-
 ctina ab inani laude & sermonibus vulgi, ego profe-
 cto us sum: testis est consulatus meus, in quo sicut in
 reliqua vita, fateor ea me studiose secutum, ex quib.
 vera gloria nasci posset: ipsam quidem gloriam per se
 246 nunquam putavi [b] expetendam: itaq; & prouin-
 ciam ornata, et spem non dubia triumphi neglexi.
 Sacerdotium deniq; cum (quemadmodum te existi-
 mare arbitror) non difficilime consequi possem, non
 appetui. Idem post iniuriam acceptam, quam tu
 Reipub. calamitatem semper appellas, meam non mo-
 do non calamitatem, sed etiam gloriam, studui quam
 ornatisima senatus, populiq; Rom. de me iudicia in-
 tercedere. Itaq; & augur postea fieri volui, quod an-
 tea neglexeram: & cum honorem, qui a senatu tri-
 buti rebus bellicis solet, neglectum a me olim, nunc
 mihi expetendum puto. Huic mea voluntati, in qua
 inest aliqua vis desiderij, ad sanandum vulnus iniurie,
 ut faueas, adiutorq; sis, quod paulo ante me negaram
 rogaturum, vehementer te rogo: sed ita, si non ie-
 iunum hoc nescio quid, quod ego gesti, & contem-
 nendum videbitur, sed tale atq; tantum, ut multi ne-
 quaquam paribus rebus honores summos a senatu
 consecuti sint. Equidem etiam mihi illud animad-
 uertisse videor (scis enim quam attente te audire so-
 leam) te non tam res gestas, quam mores, instituta
 atq; vitam imperatorum spectare solere in habendis
 aut non habendis honoribus. Quod si in mea causa co-
 siderabis, reperies me exercitu imbecillo contra me-
 rum maximi belli, firmissimum præsidium habuisse,
 aequitatem & continentiam. His ego subsidys ea sum
 2 con-

consecutus, quæ nullis legionibus consequi potuissem: ut ex alienissimis socijs amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem, animosq; nouarum rerum expectatione suspensos ad veteris imperij benevolentiam traducerem. Sed nimis hæc multa de me, præsertim ad [a] te, à quo vno omnium sociorum querela audiuntur, cognoscere ex ijs, qui meis institutis se recreatos putant. Cumq; omnes vno prope consensu de me apud te ea, quæ mihi optatissima sunt, prædicabunt: tum duæ maxima clientela tua, Cyprus insula & Cappadocia regnum, tecum de me loquentur: puto etiam regem Deiotarum, qui vni tibi est maxime necessarius. Quæ si etiam maiora sunt, et in omnibus seculis pauciores viri reperti sunt, qui suas cupiditates, quam qui hostium copias vincerent, est profecto tuum, cum ad res bellicas hæc, quæ rariora & difficiliora sunt, genera virtutis adiunxeris, ipsa etiam illas res gestas iustiores esse & maiores putare. Extremum illud est, ut quasi dissidens rogationi meæ, philosophiâ ad te allegam, quæ nec mihi carior vlla vnquam res in vita fuit, nec hominum generi maius à Deis munus vllum est datum. Hæc igitur, quæ mihi tecum communis est, societas, studiorum atq; artium, nostrarum, quib. à pueritia dediti ac deuincti, soli propemodum nos philosophiam illam veram & antiquam, quæ quibusdam ocij esse ac desidia videtur, in forum, atq; Rempublicâ, atq; in ipsam aciem pene deduximus: tecum agit de mea laude, cui negari à Catone fas esse non puto. Quamobrem tibi sic persuadeas velim, si mihi tua sententia tributus honos ex meis literis fuerit, me existimaturum cum autoritate tua, tum benevolentia erga me, mihi, quod maxime cupierim, contigisse. Vale.

5
QVOD ET RESPUBLICA ME,

& nostra amicitia hortatur, libenter facio, ut tuam virtutem, innocentiam, diligentiam & cognitam in maximis rebus, domi togati, armati foris, pari industria administrare gaudeam. Itaq; quod pro meo iudicio facere potui, ut innocentia consilioq; tuo defensam provinciam, servatum Ariobarzani cum ipso rege regnum, sociorum reuocatam ad studiū imperij nostri voluntatem, sententia mea & decreto laudarem, feci. Supplicationem decretam, si tu qua in re nihil fortuito, sed summa tua ratione & continentia Reipublicæ prouisum est, dijs immortalibus gratulari nos, quam tibi referri acceptum maioris, gaudeo. Quod si triumphi prerogatiuam putas supplicationem, & ideo casum potius, quam te laudari maioris, neque supplicationem sequitur semper triumphus: & triumpho multo clarius est senatum iudicare, potius mansuetudine & innocentia Imperatoris provinciam, quam vi militum, aut benignitate eorum, retentam atq; conseruatam esse, quod ego mea sententia censebam. Atq; hæc ego ideo ad te contra consuetudinem meam pluribus scripsi, ut, quod maxime volo, existimes me laborare, ut tibi persuadeam, me & voluisse de tua maiestate, quod amplissimum sum arbitratus, & quod iu maluisti, factum esse gaudere. Vale, & nos dilige, & insinuo utinere securitatem indulgentiamq; socijs & Reipublica præsta.

[a] M. T. C. M. CATONI
382 S. P. D.

L AETATVS SVM LAVDARI
 me, inquit Hector, opinor apud Nauium, abs te pater
 laudato viro. EA EST ENIM profecto iucun-
 da laus, quæ ab ijs proficiscitur, qui ipsi in laude vixe-
 runt. Ego vero vel gratulatione literarum tuarum,
 vel testimonijs sententiæ dictæ, nihil est, quod me non
 affectum putem: Idq; mihi tum amplissimum, tum
 gratissimum est te libenter amicitia dedisse, quod li-
 quido veritati dares. Et si non modo vnus, verum etiã
 multi Catones essent in ciuitate nostra, in qua vnum
 extitisse mirabile est: quem ego curram, aut quam
 lauream cum tua laudatione conferrem? Nam ad
 meum sensum et ad illud sincerum ac subtile iudicium
 nihil potest esse laudabilius, quam ea tua oratio, quæ
 est ad me perscripta a meis necessarijs. Sed causam
 meæ voluntatis, non enim dicam cupiditatis, exposui
 tibi superioribus literis, quæ etiam si parum iusta tibi
 visa est, hanc tamen habet rationem, vt non nimis
 concupiscendus honos, sed tamen, si deferatur à sena-
 tu, minime aspernandus esse videatur. Spero autem
 illum ordinem pro meis ob Rempublicam susceptis la-
 borib; me non indignum honore, vsitato præsertim, ex-
 istimaturum. Quod si ita erit, tantum ex te peto,
 quod amicissime scribis: vt, cum tuo iudicio, quod am-
 plissimum esse arbitraris, mihi tribueris: si id, quod
 maluero, acciderit, gaudeas. Sic enim fecisse te, &
 scripsisse, & verius sensisse video: resq; ipsa declarat,
 tibi illum honorem nostrum supplicationis fuisse iucun-
 dum, quod scribendo affuisti. Hæc enim senatusconsult.
 non

148 non ignoro ab [b] amicissimis eius, cuius de honore agitur, scribi solere. Ego ut spero, te propediem videbo, atq; utinam Repub. meliore, quam timeo. Vale.

M. T. C. PROC. M. MARCELLO
CONS. S. P. D. 383

TE ET PIETATIS IN TVOS

& animi in Rempublicam, & clarissimi atq; optimi consulatus C. Marcello consule facti fructum cepisse vehementer gaudeo. Non dubito, quid praesentes sentiant, nos quidem longinqui & a te ipso missi in ultimas gentes, ad caelum mehercule te tollimus verissimis ac iustissimis laudibus. Nam cum te a puercia tua vnice dilexerim, tuq; me in omni genere semper amplissimum esse & noueris & iudicaris, tum hoc vel tuo facto, vel populi Romani de tuo iudicio multo acrius vehementiusq; diligo, maximaq; laticia afficior, cum ab hominibus prudentissimis, virisq; optimis, omnibus dictis, factis, studiis, institutis, vel me tui similem esse audio vel te mei. Vnum vero si addis ad praclarissimas res consulatus tui, ut aut mihi succedat quamprimum aliquis, aut ne quid accedat temporis ad id, quod tu mihi et senatusconsulto & lege finisti: omnia me per te consecutum putabo. Cura ut valeas, et me absentem diligas, atq; defendas. Quae mihi de Parthis nunciata sunt, quia non putabam a me etiam nunc scribenda esse publice, propterea ne pro familiaritate quidem nostra volui ad te scribere: ne cum ad consulem scripsissem, publice viderer scripsisse. Vale.

Exordium MAXIMA SVM LAETICIA AF-
fectus, cum audiui te consulem factum esse, eumq;
honorem tibi deos fortunare volo, atq; à te pro tua, pa-
Confirmatio rentisq; tui dignitate administrari. Nam cum te sem-
per dilexi amauig, quod mei amantissimum cognoui
in omni varietate rerum mearum: tum patris tui plu-
ribus beneficijs, vel defensus tristibus temporibus, vel
ornatus secundis, necesse est, vt sim totus vester &
esse debeam: cum praesertim matris tuae grauissima
atq; optima femina, maiora erga salutem dignitatem
que meam studia, quam erant à muliere postulanda,
Conclusio. perspexerim. Quapropter à te peto maiorem in mo-
dum, vt me absentem diligas atq; defendas. Vale.

MARCELLVM TVVM CON-
sulem factum, teq; ea laetitia affectum esse, quam ma-
xime optasti, mirum in modum gaudeo: idq; cum
ipsius causa, tum quod te omnibus secundis rebus
dignissimum iudico: cuius erga me singularem bene-
uolentiam vel in labore meo, vel in honore perspexi:
totam deniq; domum vestram vel salutis vel dignita-
tis tuae studiosissimam cupidissimamq; cognoui. Quare
gratum mihi feceris, si vxori tuae Iunia, grauissima
atq; optima femina, meis verbis eris gratulatus. At
id, quod consueuisti, peto, me absentem diligas atq;
defendas. Vale.

49 [b] M. T. C. IMP. C. MARCELLO
CONS. DESIG. S. P. D. 386

10

QUANDO ID ACCIDIT,
quod mihi maxime fuit optatum, ut omnium Marcellorum, Marcellinorum etiam (mirificus enim generis ac nominis vestri fuit erga me semper animus) quando ergo ita accidit, ut omnium vestrum studio tuus Consulatus satisfacere posset, in quem mea res gesta, lausq; & honor earum potissimum inciderit, peto à te id, quod facillimum factu sit, non aspernante, ut confido, senatu, ut quam honorificentissimum senatusconsultum literis meis recitatis faciendum cures. Si mihi tecum minus esset, quam est cum tuis omnibus, allegarim ad te ollos, à quibus intelligis me precipue diligi. Patris tui beneficia in me sunt amplissima: neq; enim saluti mea, neq; honori amicior quisquam dici potest. Frater tuus quanti me faciat, semperq; fecerit, esse hominem qui ignorat arbitror neminem. Domus tua deniq; tota me semper omnibus summis officijs prosecuta est. Neq; vero tu in me diligendo cuiquam concessisti tuorum. Quare à te peto maiorem in modum, ut me per te quam ornatisimum velis esse, meamq; & in supplicatione decernenda, & in ceteris rebus existimationem satis tibi esse commendatam putes. Vale.

M. T. C. IMP. C. MARCELLO.
CONS. DESIG. S. P. D. 387

11.

QUANTAE TIBI CVRAE ME-
us honos fuerit, & quam idem extiteris consul in me
i s ornant-

ornando & amplificando, [a] qui fueras semper cum
parentibus tuis & cum tota domo, etsi res ipsa loque-
batur, cognoui tamen ex meorum omnium literis. Ita
que nihil est tantum, quod ego non tua causa debeam,
facturus sum cum studiose, tum libenter. Nam magni
interest, cui debeas: debere autem nemini malui,
quam tibi, cui mecum studia communia, beneficia pa-
terna, tuamque iam ante coniunxerant: tum accedit, mea
quidem sententia maximū vinculum, quod ita Rem-
pub. geris atque gessisti, quod mihi carius nihil est, ut
quantum tibi omnes boni debeant, quo minus tantum-
dem ego vnus debeam, non recusem. Quamobrem tibi
velim hi sint exitus, quos mereris, et quos fore cōfido.
Ego, si me nauigatio non morabitur, quae incurrebat
in ipsas Etesias, propediem te, ut spero, videbo. Vale.

M. T. C. IMP. L. PAVLO. CONS.
388 DESIG. S. P. D.

12

ESTI MIHI NVNQVAM EV-
it dubium, quin te populus Romanus pro tuis summis
in Rempublicam meritis & pro amplissima familia
dignitate, summo studio, cunctis suffragiis consulem
facturus esset: tamen incredibili leticia sum affectus,
cum id mihi nunciatum est, eumque honorem tibi
deos fortunare volo, à teque ex tua, maiorumque tuo-
rum dignitate administrari. Atque utinam prae-
sens illum diem mihi optatissimum videre potuissem,
proque tuis amplissimis erga me studiis atque benefi-
ciis tibi operam meam studiumque nauare. Quam
mihi facultatem, quando hic nec opinatus & impro-
visus provinciae casus eripuit: tamen ut te consulem
Rem-

250 Rempubicam pro tua [b] dignitate gerentem videre possim, magnopere à te peto, ut operam des, efficias, ne quid mihi fiat iniurie, neue quid mihi temporis ad meum annuum munus accedat: quod si feceris, magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet. Vale.

M. T. C. IMP. L. PAVLO CONS.

S. P. D.

389

^{13.}
MAXIME MIHI FUIT OPTATUM Romæ esse tecum, multas ob causas, sed præcipue ut & in petendo & in gerendo consulatum meum, tibi debitum studium perspicere posses. Ac petitionis quidem tuæ ratio mihi semper fuit explorata: sed tamen nauare operam volebam. In consulatu vero cupio equidem te minus habere negotij: sed moleste fero, me Consulem tuum studium adolescentis perspexisse: te meum, cum id ætatis sim, perspicere non posse. Sed ita fato nescio quo contigisse arbitror, ut tibi ad me ornandum semper detur facultas: mihi ad renumerandum nihil suppetat, præter voluntatem. Ornasti consulatum, ornasti reditum meum. Incidit meum tempus rerum gerendarum in ipsum Consulatum tuum. Itaque cum & tua summa amplitudo & dignitas, & meus magnus honos, magnæ existimatio postulare videatur, ut à te plurimis verbis contendam ac petam, ut quam honorificentissimum senatus consilium de meis reb. gestis faciendum cures: non audeo vehementer à te contendere, ne aut ipse tuæ perpetuæ consuetudinis erga me oblitus esse videar, aut te oblitum putem. Quare ut te velle arbitror, ita faciam, atque ab eo quem

quem omnes gentes sciunt de [a] me optime meriti, breuiter petam. Si alij consules essent, ad te potissimum Paule mitterem, vt eos mihi quam amicissimos redderes: nunc cum tua summa potestas summaz autoritas, notaz, omnibus nostra necessitudo sit, vehementer te rogo, vt quam honorificenissime cures decernendum de meis rebus gestis et quam celerrime. Dignas res esse & honore et gratulatione, cognoscas ex ijs literis, quas ad te & collegam & senatum publice misisti: omniumq; mearum reliquarum rerum maximeq; existimationis mee procuracionem susceptam velim habeas. Inprimisq; tibi cura sit, quod abs te superioribus quoq; literis petui, ne mihi tempus prorogetur. Cupio te Consulem videre, omniaq; que spero, cum absens, tum etiam presens te Consule assequi. Vale.

M. T. C. C. CASSIO QVÆST.
390 S. P. D.

14.

MARCV M FABIVM QVOD
mihi amicum tua commendatione das nullum in eo facio questum: multi enim anni sunt, cum ille in arc meo est, & a me diligitur propter summam suam humanitatem & obseruantiam. Sed tamen quod ab eo te egregie diligi sensi, multo etiam amicior sum factus. Itaq; quanquā profecerint litera tua, tamen aliquanto plus commendationis apud me habuit animus ipsius erga te mihi perspectus et cognitus. Sed de Fabio faciemus studiose, quæ rogas: tu multis de causis vellem me conuenire potuisses, primum, vt te, quem iamdiu plurimi facio, tanto intervallo viderem: deinde, vt tibi, quod feci per literas, possem

51. possem praesens gratulari: tum, ut quibus [b.] de rebus vellemus, tu tuis, ego meis inter nos communicarem: postremo, ut amicitia nostra, quae summis officiis ab viroq; culta est, sed longis intervalis temporum interruptam consuetudinem habuit confirmaretur vehementius. Id quando non accidit, utemur bono literarum, & eadem fere absentes, quae, si coram essemus, consequemur. Vnus scilicet ille fructus, qui in te videndo est, percipi literis non potest: alter gratulationis est, & is quidem exilior, quam si tibi teipsum intuens gratularer. Sed tamen & feci ante, & facio nunc, tibiq; cum pro rerum magnitudine, quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quod te de provincia decedentem summa laus et summa gratia provincia profecuta est. Tertium est, ut id quod de nostris rebus coram communicassemus inter nos, consiciamus idem literis. Ego ceterarum rerum causa tibi Romam properandum magnopere censeo. Nam & ea, quae reliqui tranquilla de te erant, & hac tua recenti victoria tanta, clarum aduentum tuum fore intelligo, sed si quae sunt onera tuorum, si tanta sunt, ut ea sustinere possis, nihil tibi erit laetius, nihil gloriosius: sin maiora, considera, ne in alienissimum tempus cadat aduentus tuus. Huius rei totum consilium tuum est, tu enim sentis, quid sustinere possis. Si potes, laudabile atq; populare est: sin plane non potes, absens hominum sermones facilius sustinebis. De me autem idem tecum his ago literis, quod superioribus egi, ut omnes tuos nervos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc provinciam, quam & senatus & populus annuam esse volunt, temporis pro rogetur. Hoc a te ita contendo, ut in eo fortunas meas possitas

positas putem. Habes Paulum [a] nostrum nostri cupidissimum: Est Curio: & Furnius. Sic velim enitare, quasi in eo sint mihi omnia. Extremum illud est de ijs, quæ proposueram, confirmatio nostra amicitia, de qua pluribus verbis nihil opus est. Tu puer me appetisti, ego autem semper ornamento te mihi fore duxi. Fuisti etiam presidio tristissimis meis temporibus: accessit post tuum discessum familiaritas mihi cum Bruto tuo maxima. Itaq; in vestro ingenio & industria mihi plurimum & suauitatis & dignitatis constitutum puto. Id tu, vt tuo studio confirmes, te vehementer rogo, literasq; ad me & continuo mittas, & cum Romam veneris, quam sepiissime. Vale.

M. T. C. C. CASSIO

391

S. P. D.

15.

ETSI VTERQVE NOSTRVM spe pacis & odio ciuilis sanguinis abesse à belli necessaria pertinacia voluit: tamen quando eius consilij princeps ego fuisse videor, plus fortasse tibi prestare ipse debeo, quam à te expectare. Etsi, vt sepe soleo mecum recordari, sermo familiaris meus tecum, & idem mecum tuus adduxit vtrunq; nostrum ad id consilium, vt vno prælio putaremus, si non totam causam, at certe nostrum iudicium definiri conuenire: neg; quisquam hanc nostram sententiam vere vnquam reprehendit. Prætereo, qui arbitrantur melius esse delere omnino Rempublicam, quam immi nutam & debilitatam manere. Ego autem ex interitu eius nullam spem scilicet mihi proponebam: et reliquis magnam. Sed ea sunt consecuta, vt magis mirum

mirum sit accidere illa potuisse, quam nos non [b] vidisse ea futura, nec, cum homines essemus, diuinare potuisse. Equidem fateor meam coniecturam hanc fuisse, ut illo quasi quodam fatali pralio facto, & victores communi saluti consulere vellent, & victi sua utrumque autem positum esse arbitrabar in celeritate victoris. Que si fuisset, eandem clementiam experta esset Aethiopia, quam cognouit Asia, quam etiam Achaia, & ut opinor, ipso legato ac deprecatore. Amisus autem temporibus, quae plurimum valent, praesertim in bellis civilibus, interpositus annus alios induxit, ut victoriae sperarent, alios, ut ipsum vinci contemnerent, atque horum malorum omnium culpam fortuna sustinet. Quis enim aut Alexandrini belli tantam moram huic bello adiunctum iri, aut nescio quae istum Pharnacem Asiae terrorem illatum putaret? Nos tamen consilio parati, in casu dissimili vti sumus. Nos enim eam partem petisti ut & consilijs interesses, & quod maxime curam leuat, futura animo perspicere posses: ego qui festinaui, ut Caesarem in Italia viderem (sic enim arbitrabamur) eumque multis honestissimis viris conseruatis redeuntem, ad pacem currentem, ut aiunt, incitarem: ab illo longissime & absum & absui. Versor autem in gemitu Italiae, & in vrbis miserrimis querelis: quibus aliquid opis fortasse ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre potuisset, si actor affuisset. Quare velim pro tua erga me perpetua beneuolentia, scribas ad me, quid videas, quid sentias, quid expectandum, quid agendum nobis existimes. Magni erunt mihi tuae litterae: atque vti nam primis illis, quas Luceria miseram, parmissis: sine vlla enim molestia dignitatem meam retinuissem, [a] Vale.

M. T. C.

PUTO TE IAM SUPPVDERE,
 cum hac te tertia iam epistola ante oppresit, quam
 tu schedulam, aut literam: sed non vigeo, longiores
 enim expectabo, vel potius exigam. Ego, si semper
 haberem, cui darem, vel ternas in hora darem. Fit
 enim nescio quod, ut quasi coram adesse videari, cum
 scribo aliquid ad te: neq, id nat' eĩdñ n̄ φαρτασίαις, ut
 dicunt tui amici noui, qui putant etiam διαγοντὶναις
 φαρτασίαις spectris Carianis excitari. Nam, ne te su-
 giat, Catius insuper Epicureus, qui nuper est mortuus,
 quae ille Gergetius, etiam ante Democritus eĩδολα,
 hic spectra nominat. His autem spectris etiamsi oculi
 possent feriri, quod vel ijs ipsa occurrunt: animus
 qui possit, ego non video: doceas tu me oportebit, cum
 saluus veneris, in meane potestate sit spectrum tuum,
 ut simul ac mihi collibitum sit de te cogitare, illud oc-
 currat: neq, solum de te, qui mihi haeres in medullis:
 sed si insulam Britanniam cœpero cogitare, eius
 eĩδολος mihi aduolet ad pectus. Sed haec posterius:
 tento enim te, quo animo accipias: si enim stomacha-
 bere, & moleste ferere, plura dicemus, postulabimusq,
 ex qua haeresi ut hominibus armatis deiectus sis, in
 eam restituare. In hoc interdicto non solet addi, in hoc
 anno. Quare si iam biennium aut triennium est, cum
 virtuti nuncium remisisti, delinquit illecebris volupta-
 tis, in integro res nobis erit. quanquam qui cum lo-
 quor? cum vno fortissimo viro, qui posteaquam so-
 rum [b] attigisti, nihil fecisti, nisi plenissimum
 amplissime dignitatis. in ista ipsa cœgere metuo ne
 plus nervorum sit, quam ego putarim, si modo eam
 tu pro-

tu probas. Quid tibi in mentem venit, inquires? quia nihil habebam aliud, quod scriberem. de Repub. enim nihil scribere possum, neq; enim quod sentio, libet scribere. Vale.

M. T. C. CASSIO S. P. D. 393

17.

PRAEPOSTEROS HABES TABELLARIOS, etsi me quidem non offendunt: sed tamen cum a me discedunt, flagitant literas, cum ad me veniunt, nullas afferunt, atq; idipsum facerent commodius, si mihi aliquid spaci ad scribendum darent: sed petasati veniunt, comites ad portā expectare dicunt. Ergo ignosces. alteras habebis, has breues, sed expecta $\omega\lambda\gamma\tau\alpha$ $\omega\epsilon\lambda$ $\omega\lambda\gamma\tau\omega\nu$. Etsi quid ego me tibi purgo, cum tui ad me inanes veniunt, ad te cum epistolis reuertantur? tamen ad te scribam aliquid. Nos hic D. Syllam patrem mortuum habebamus, alij è lateribus, alij cruditate dicebant, populus non curabat, combustum enim esse constabat: hoc tu pro sapientia tua feres aequo animo: quanquam $\omega\rho\acute{o}\sigma\omega\pi\omega\nu$ $\omega\beta\lambda\epsilon\omega\varsigma$ amissimus. Casarem putabant moleste laturum, verentem ne hasta refrixisset, Mindius Marcellus & Actius Pigmentarius valde gaudebant, se aduersarium perdidisse. De Hispania noui nihil, sed expectatio valde magna: rumores tristiores, sed $\alpha\delta\delta\epsilon\omega\lambda\omega\iota$. Pansa noster paludatus ad III. Cal. Ian. profectus est, ut quibus intelligere posset id, quod tu nuper dubitare coepisti, $\tau\delta$ $\kappa\alpha\lambda\omega\nu$ $\delta\iota$ $\omega\upsilon\tau\acute{o}$ $\alpha\iota\sigma\epsilon\tau\acute{o}\nu$ esse. Nam quod multos miseris [a] leuauit, & q; se in his malis hominem prebuit, mirabilis cum virorum bonorum beneuolentia profecuta est. Tu quod adhuc Brūdisij moratus es, valde

k

probo

probo & gaudeo: & mehercule puto te sapienter facturum, si ἀγχιος φίλος fueris. Nobis quidem, qui te amamus, erit gratum: & amabo te, cum dabis posthac aliquid domum literarum, mei memineris. Ego nunquam quenquam ad te, cum sciam, sine meis literis ire patiar. Vale.

394 M. T. C. C. CASSIO S. P. D.

LONGIOR EPISTOLA FVISTE^{18.}

set nisi eo ipso tempore petita esset à me, cum iam iretur ad te, longior etiam, si φαιδὸν aliquem habuisset: nam ποῦ δὲ ζῆν sine periculo vix possumus. Ridere igitur, inquires, possumus? non mehercule facillime, veruntamen aliam aberrationem à molestijs nullam habemus. Vbi igitur, inquires, philosophia tua? & quidem in culina mea molesta est: pudet enim seruire. Itaq; facio me alias res agere, ne conuicium Platonis audiam. De Hispania nihil adhuc certi, nihil omnino noui. Te abesse mea caussa, moleste sero, tua, gaudeo. Sed flagitat tabellarius. Valebis igitur, meq;, vt à puero fecisti, amabis.

395 C. CASSIVS M. T. C. S. P. D.

NON MEHERCVLE IN HAC^{19.}

mea peregrinatione quicquam libentius facio, quam scribo ad te: videor enim cū prasente loqui & iocari. Nec tamen hoc vsu venit propter spectra Catiana: pro quo tibi proxima epistola tot rusticos Stoicos regerā, vt Catium Athenis natum esse dicas. Pansam nostrum secunda voluntate hominum [b] paludatum ex vrbe exiisse, cum ipsius caussa gaudeo, tum mehercule etiā omnium nostrum. Spero enim homines intellectu-
quanto

quanto sit omnibus odio crudelitas, & quanto amori
 probitas & clementia: atq; ea, quæ maxime mali pe-
 tant & concupiscant, ad bonos peruenire. Difficile est
 enim hominibus persuadere τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἰετὸν
 esse: ἡδονῶν vero & ἀναλυστικῶν virtute, iusticia, πᾶς
 καλῶ παρὰ, & verum, & præterea probabile est.
 ipse enim Epicurus, à quo omnes Catij & Amasini
 mali verborum interpretes proficiscuntur, dicit:
 οὐδὲν ἡδέως ἀνευτὸ καλῶς καὶ δικαίως ἔστιν. Itaq; &
 Pansa, qui ἡδονῶν sequitur, virtutem retinet: & ij
 qui à nobis φιλόδοξοι vocantur, sunt φιλοκταδοί, & φι-
 λοδύκται, omnesq; virtutes & colunt & retinent.
 Itaq; & Sylla, cuius iudicium probare debemus, cum
 dissentire philosophos videret, non quaesivit, quid bo-
 num esset & omnia bona coëmit: cuius ego mortem
 forti mehercule animo tuli. Nec tamen Caesar diutius
 nos eum desiderare patietur, nam habet damnatos,
 quos pro illo nobis restituat: nec ipse sectorem deside-
 rabit, cum filium viderit. Nunc, ut ad Rempublicam
 redeam, quid in Hispanijs geratur, rescribe. Peream,
 nisi sollicitus sum, ac malo veterem & clementem do-
 minum habere, quam novum & crudelem experiri.
 Scis, Cneus quam sit satius, scis, quomodo crudelita-
 tem virtutem putet, scis, quam se semper à nobis de-
 risum putet. Vereor ne nos rustice gladio velit ἀ-
 τιμωρῆσαι. Quid fiat, si me dūgus, rescribe. Hui
 quam velim scire, vtrum ista sollicito animo, an soluto
 legas, sciam enim eodem tempore, quid me facere
 oporteat. Ne longior sim, vale, & me, ut facio, ama.

55 Si Caesar vicit, celeriter [a] me expecta.

M. T. C. IMP. C. TREBONIO

396

S. P. D.

1 *Exordium.* *titulizant* **ORATOREM** MEVM, SIC E- *also habet 396*
candidatus *an sic umb* *in umb. En* *istib.* nim inscripti, Sabino tuo commendavi. Natio me ho-
 minis impulit, ut ei recte putarem: nisi forte candida-
 torum licentia hic quoq; vsus, hoc subito cognomen
 arripuit. etsi modestus eius vultus, sermoq; constans,
 "habere quiddam à Curibus videbatur. Sed de Sabino
 satis. Tu mi Treboni, quando ad amorem meum ali-
 quantum olim discedens addidisti, quo tolerabilis fe-
 ramusq; niculum desiderij tui, crebris nos literis appel-
 lato, atq; ita, si idem fiet à nobis: quamquam duæ causæ
 sunt, cur tu frequentior in isto officio esse debeas,
 quam nos, primum, quod olim solebant, qui Roma
 erant, ad provinciales amicos de Repub. scribere, nunc
 tu nobis scribas oportet. *salaciter in qua* *res enim publica* *istis est.*
 deinde quod nos alijs officijs tibi absenti satisfacere
 possumus: tu nobis, nisi literis non video, qua re alia sa-
 tisfacere possis. Sed cætera scribes ad nos postea. Nunc
 hæc primo cupio cognoscere: iter tuum cuiusmodi sit
idem gæstas *ubi Brutum nostrum videris,* *quamant simul*
 fueris. Deinde cum processeris longius de bellicis re-
 bus, de toto negotio, ut existimare possumus, quo sta-
 tu simus. Ego tantum me scire putabo, quantum ex
 tuis literis habebō cognitum. Cura ut valeas, meq;
 ames amore illo tuo singulari. Vale.

[b] M. T. C. TREBONIO

397

S. P. D.

21-

ET

ET EPISTOLAM TVAM LEGI
 libenter, et librum libentissime, sed tamen in ea volu-
 pitate hunc accepi dolorem, quod cum incendisses cu-
 piditatem meam consuetudinis augenda nostra, (nam
 ad amorem quidem nihil poterat accedere) tum di-
 scedis à nobis, meq; tanto desiderio afficis, ut vnā
 mihi consolationem relinquis fore, ut vtriusq; no-
 strum absentis desiderium crebris & longis epistolis
 leniatur. Quod ego non modo de me tibi spondere
 possum, sed de te etiam mihi. Nullam enim reliqui-
 sti apud me dubitationem, quantū me amares. Nam,
 vñ illa omittam, qua ciuitate teste fecisti, cum mecum
 inimicitias communicasti, cum me contionibus tuis
 defendisti, cum quaestor in me atq; in publica causa
 consulū partis suscepisti, tum Tribunis pleb. Qua-
 estor non paruisti, quibus tuus praesertim collega pare-
 ret: ut hac recentia, qua meminero semper, obliui-
 scar: qua tua sollicitudo de me in armis, qua leticia
 in reditu, qua cura, qui dolor, cum ad te cura &
 dolores mei perferrentur: Brundisium deniq; te ad
 me venturum fuisse, nisi subito in Hispaniam missus es-
 ses, ut hac igitur omittam, qua mihi tanti aestimanda
 sunt, quanti vitam aestimo et salutem meam, liber iste,
 quem mihi misisti, quantam habet declarationem
 amoris tui primum, quod tibi facerem videtur quic-
 quid ego dixi, quod alijs fortasse non idem: deinde,
 quod illa siue faceta sunt, siue sic sunt, narrante te,
 venustissima: quinetiam antequam ad me veniatur,
 risus omnis pene consumatur. Quod si in his scribendis
 nihil aliud nisi quod necesse fuit, de vno me tamdiu
 cogitauisses: ferreus essem, si te non amarem.
 Cum vero ea qua scriptura persecutus es, sine summo

amore cogitare non potueris, non possum existimare, plus quenquam à seipso, quam me à te amari. Cui quidem ego amori, utinam ceteris rebus possem, amore certe respondebo: quo tamen ipso tibi confido futurum satis. Nunc ad epistolam venio, cui copiose, & suauiter scripta, nihil est quod multa respondeam. Primum enim ego illas Caluo literas misi, non plus, quam has, quas nunc legis, existimans exituras, aliter enim scribimus, quod eos solos, quibus mittimus, aliter, quod multos lecturos putamus. Deinde ingenium eius melioribus extuli laudibus, quam tu id vere potuisse fieri putas. Primum, quod ita indicabam, acute mouebatur, genus quoddam sequebatur, in quo iudicio lapsus, quo volebat, tamen assequebatur, quod probaret. Multa erant, & recondita litera, vis non erat. Ad eam igitur adhortabar. In excitando autem & in acuendo plurimum valet, si laudes eum, quem cohortere. Habes de Caluo iudicium & consilium meum: consilium, quod hortandi causa laudavi: iudicium, quod de ingenio eius valde existimaui bene. Reliquum est, tuam perfectionem amore prosequar: reditum spe expectem, absentem memoria colam, omne desiderium litteris mittendis accipiendisq; leniam. Tu velim tua in me studia & officia multum tecum recordere: quae cum tibi liceat, mihi nefas sit obliuisci, non modo virum bonum me existimabis, verumetiam te à me amari plurimum iudicabis. Vale.

[b] M. T. CICERONISEPI. 156.
STOLARVM LIBER AD
TIRONEM.

M. T. C.